



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

11. De Virginitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80586](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80586)

Secl. I. De Precept. 6. & 9. Recep. Sent. 309

ac defectus debiti finis mortalis non est, nisi cum periculo gerantur, quæ cum iis sit illicita, eo casu erunt lethales regulariter. Sanchez lib. 9. de matrim. d. 46. num. 7. Filliuc. tract. 30. num. 357.

76 Sponsis denique tactus impudici non licet: pudici verò in partibus honestis liciti sunt, si ex iis tantum sensitiuum intendunt delectationem, secus si veneream: nec adit prauis consensibus, aut pollutionis periculum. Sanchez lib. 9. de matrim. d. 46. num. 50. Bulemba. lib. 3. tr. 4. cap. 2. dub. 2. citans Bonacinam.

CAPVT X.

De Concubinato.

77 Quid concubinatorius

CONCUBINATVS est frequens, & consuetudine fornicatio cum eadem persona. Vnde ad concubinatum non sufficit vnus, vel alter fornicationis actus, sed requiritur consuetudo, quo aliqui quodammodo ita cohabitent, ac si essent simul coniugati: Ideo fornicarius proprie est, qui soluta abutitur: concubina verò, quæ abutitur quocumque modo vxorio, id est, quoad vsum veneris illegitimæ habetur. Vnde de mente iuris non dicitur concubina nisi habeatur per modum vxoris. Tolet lib. 5. cap. 10. num. 12. Filliuc. tract. 30. num. 55. Syluest. verb. Concubinarium num. 1. Azor. tom. 3. lib. 3. cap. 5.

78 Concubinitus est graue peccatum, admodum periculosum. Quia homo non solum peccat, sed manet in statu peccati, & in continuo proposito saltem virtuali delinquendi. Vnde huiusmodi concubinarij poenitentes regulariter non sunt absolendi priusquam concubinam dimittant, cum proposito non relinquenti, etiam si vergeat mortis periculum. Quando enim persistunt in proxima peccandi occasione non censetur sufficientem dolorem propositumque vitandi peccatum in futurum, habere. Attamen quando sine graui infamia, vel scandalo, vel alio graui incommodo concubina non potest dimitti, tunc difficultas hæc efficitur occasione non voluntariam, & potest exhiberi absolutio. Verum magna prudentia in Confessario opus erit circa cautelam procurandam, & vim difficultatis agnoscendam, ne absolutio indigno impendatur. Nauar. sum. cap. 16. num. 20. Sayr. in Clauis lib. 8. cap. 2. n. 9. Tolet. lib. 5. cap. 10. num. 12. Bonacin. de matr. qu. 4. punct. 14. num. 12. Sylui. 2. qu. 154 art. 2. Reginald. lib. 5. num. 63. Diana part. 5. tract. 14. resol. 107. & 108.

79 At si concubinarium non sit, & a populo esse credatur, non debet absolui, donec scandalum tollatur, & enulgetur, ipsum huius reum non esse delicti. Imò hoc in casu esset femina domo pellenda, quamvis scandalum solum sit vnius, vel alterius personæ, cum vnique Deus mandauerit de proximo. Id autem intelligo, si absque incommodo eici possit. Syluest. verb. Concubinarium, qu. 2. Santi. in select. d. 10. num. 5. Lopez part. 1. Instruct. cap. 78.

Tridentinum grauius concubinatus vitium

in laicis reprehendit, & acriter præcipit puniri. sess. 24. cap. 8. Non autem tollit Concilium poenas à iure communi, vel Synodalibus statutis contra concubinos inflatas, nec alium modum procedendi contra eos, nisi elicit Ordinarius eos excommunicare, quia tunc Concilij seruanda est forma. Vnde Episcopus potest in prima admonitione pecuniaria poenâ concubinarium punire; quia tunc trina monitio necessaria est inter concubinos, quando contra eos vult excommunicationis ferri sententiam non autem si poenis pecuniariis, vel aliis puniri intendat: in quo casu solus monitus, de qua Concilium loquitur, non requiritur. Barbosa in collect. tom. 1. lib. 1. tit. 35. cap. 1. n. 3. & 4.

Concubinitus laicorum crimen ad solos 81 Iudices Ecclesiasticos pertinet puniendum. Ad solos Ecclesiasticos Quia concubinitus legibus civilibus non vindicatur iuxta receptiorem sententiam, & ita fert consuetudo optima planè legum interpretum. Iudices enim seculares regulariter hoc crimen non puniunt, nisi quatenus requiritur ab Ecclesiasticis suum brachium impetunt. Scio non deesse, qui arbitrentur, hoc delictum mixti esse fori. Iul. Clar. in præf. crim. qu. 37. num. 1. Diana part. 1. tract. 2. resol. 87. & part. 5. tract. 1. resol. 10.

Clerici concubinarij erant antiquo iure 82 ipso facto suspensi; sed hoc ius per Tridentinum est abrogatum: vnde non sunt iam suspensi, sed ab Ordinario suspendendi. Lege Concilium sess. 25. cap. 14. Nauar. 13. consil. de si, sed suspensio non habet. Cleric. & mulier. consil. 1. Sayr. in Clauis, dendi. lib. 7. cap. 2. n. 14. Petr. Ledc. sum. tract. 27. c. 8.

Concubina, secluso periculo noui consensus carnalis, aut defectus doloris, in rigore loquendo potest cum Confessario concubinario confiteri. Quia aliquando potest esse expe- diens, ne femina apud alium Confessarium infamaretur, aut quia vult citius à piaculo liberari, vel quia hic aptius potest illius scrutari conscientiam. Textus enim cap. Non debet Episcopus 10. qu. 1. solum præcipit, confessarium non debere committere cum femina, cuius confessionem audiat: non verò è conuerso, ut non eius confessionem exaudiat, tantius in select. d. 11. num. 16. Suar. de poenit. d. 27. sect. 4. num. 19. Filliuc. tract. 7. num. 246. Scio meum Fagundez part. 2. lib. 4. cap. 1. numer. 35. asseruisse esse mortale, si confessorius audiat suæ concubinæ, aut alterius femina, qua cum aliquando rem habuerit, confessionem. Sed tanti viri venia alius est sensus præfati textus, qui quidem à Bonifacio VIII. est renocatus, teste Sancto citato, & Vgolino de offic. ac potest. Episc. p. 1. cap. 15. §. 8. num. 9.

CAPVT XI.

De Virginitate.



84 Tractatio circa stuprum (de quo superius) planior fiat, nonnulla de Virginitate attexam. Virginitas à quæ re- virore dicta putatur; quia à con- illam, & ad- cupiscentiæ adustione immunita- notat castita- tiam statum. tem donotat. Dupliciter accipitur. Primò, pro signaculo;

signaculi Virginis integritate libidinosa contagionis experte; & sic non est virtus, sed quid nautile, quo cum quæ exoritur. Secundò, pro voluntate, ac proposito. Alius integritatis servanda, vel perpetuo, vel saltem usque ad coniugij tempus: & hoc modo est virtus. Quia posse inquinari, & non esse inquinatum, honestum quiddam est, commendatione dignum. Hinc ad Virginitatem, ut statum castitatis denotat, duo requiruntur: ex parte scilicet corporis non esse voluntarie pollutum, ex parte verò animi propositum ita se servandi nisi matrimonio colligetur. At virtus Virginitatis tale propositum prorsus excludit. Quia neque in re, neque in affectu cum violatione stare potest. D. Thom. 2. 2. quæst. 152. Sylvest. 2. 2. b. Virginitas. Filzuc. tract. 30. cap. 1. quæst. 6. Lessi. libr. 4. cap. 2. dub. 1. 4. num. 96. Azor. tom. 3. libr. 3. cap. 2. Layman. lib. 3. sect. 4. num. 8.

⁸⁵ Fide tenendum contra hæreticos statum Virginitatis coniugali statui esse preferendum non solum huius vitæ commoditate, sed etiam propter spirituales fructus, & vberius apud Deum meritum. Quia per Virginitatem melius homo à voluptatibus carnis auocatur, & facilius ad orandum redditur, maxime si se Numini consecret. Trident. sess. 24. can. 10. Lessi. lib. 4. cap. 2. dub. 15.

⁸⁶ Virginitas proinde dicitur statum sceminae quatuor modis amittitur. Primò, per voluntariam admissionem viri habentis cum ea copulam, siue sit in matrimonio, siue extra. Secundò, per involuntariam copulam, ut cum scemina vi opprimatur; verè enim fractum est claustrum Virginalis signaculum, quod nihil aliud est, attestantibus peritissimis Medicis, quam quædam complicatio partium ipsius officij valis scemine, quæ per viri accessum dilatur. Tertiò, per voluntariam, siue involuntariam admissionem instrumenti virilis torpiditatem aliquam exercentis, etiamsi seminatio non sequatur, modò talis sit, ut pollutionem in natura sana posset excitare, quamvis per accidens non excitet ob debilitatem, aut morbum. Quartò, tam per sodomiam in scemina, quam in viro, siue facta, vel admissa sit absque seminatione amittitur irrecuperabiliter Virginitas: quamvis Caietanus citandus, per sodomiam passivam censeat non amitti, multoque minus per alias turpitudines in aliis corporis partibus exercitas. Quia verè claustrum Virginalis integrum manet: & hoc receptius. Porro in viro non est huiusmodi Virginitas secundum statum; quia non est in eo Virginalis claustrum. Caiet. 2. 2. quæst. 152. artic. 1. Lessi. libr. 4. capite 2. dub. 16. Filliuc. tractat. 30. numero 24.

⁸⁷ Virtus Virginitatis recuperabiliter amittitur omnibus illis modis, quibus amittitur castitas. Quia re ipsa ab hac non distinguitur. Unde etiam desideris turpibus, & morosa delectatione perditur. Item nubendi voluntate. Et per quemlibet actum turpem actiue, vel passivè exercitum citra seminationem, modò sit voluntarius; nam si involuntarius sit, etiamsi claustrum Virginalis violetur, non amittitur Virginitas, ut virtus est; licet enim corrupta naturaliter virgo non sit, moraliter tamen, seu in genere moris virgo censetur. Hinc si mulier fomno consopita, aut vino obruta à quopiam

viro cognoscatur, Virginitatem, ut virtus est, non amittit, si eo consilio cubitum non discessit, aut vino sibi mentem eripuit. Si quis prius ad quietem tendat alicuius obsecni flagitij cupiditate animum maculavit, atque in somno pollutus est, non desinere Virginem esse Abulensis ad cap. 2. Mat. qu. 7. 4. multis rationibus ostendit. Idemque docet, si quis vigilans nocturnam exoptat pollutionem, quam dormiens patitur qu. 7. 5. D. Thom. 2. 2. quæst. 152. artic. 1. Valent. lib. d. 9. qu. 1. punct. 1. Lessi. lib. 4. cap. 2. num. 112.

⁸⁸ Virginitatis virtus irrecuperabiliter à scemina amittitur quoties voluntarie copulam cum viro habet, aut polluitur: si autem haberet copulam cum puero impubere, & ipsa quoque impubes esset, nec malitia præveniret ætatem, non violaretur Virginitas, sed esset solummodo contactus turpis gravior aliis, qui corporis non tollit integritatem. In viro autem nisi adsit voluntarie pollutio quomodocumque procurata, non tollitur irrecuperabiliter Virginitas. Grat. libr. 2. cap. 88. numer. 7. Filliuc. tractat. 30. numer. 24. Lessi. lib. 4. cap. 2. num. 117. & 119.

CAPVT XII.

De Desideriis, ac morosis Delectationibus.

⁸⁹ **D**E Desiderio intelligitur voluntas, intentio, vel efficax rei malæ propositum; per delectationem verò simplex amor, & complacentia obiecti cogitati fruendo eius dulcedine absque executionis desiderio: solèque dici *morosa*, non à mora temporis, cum momento perfici valeat; sed quod voluntas post plenam rationis aduertentiam ei immoretur. Omnes sic.

⁹⁰ Desiderium absolutum siue cogitatio cum voluntate consentiente absolute in peccatum aliquando perpetrandum, aut in perpetrato complacente, habet eandem speciem, ac malitiam peccati mortalem, vel venialem, quam habet actus exterior, in quem fertur. Quia actus interior fert suam bonitatem, vel malitiam ab actu externo tanquam obiecto. Est communis.

⁹¹ Desiderium cum consensu conditionato, quo quis aliquid concupiscit sub tali conditione, quæ omnem malitiam obiecti auferat, non est peccatum, si tem mortale: verbi gratia, vellem hac vel illa scemina frui, si à Deo mihi permetteretur, vel si peccatum non esset. Valent. 2. 2. d. 6. qu. 4. punct. 4. Salas 1. 2. tract. 13. d. 16. sect. 27. Si autem conditio malitiam non auferat, est peccatum: verbi gratia, si cogitem: si non esset infernus, mœcharer: si non essem Religiosus, illicitis me implicarem voluptatibus. Bonac. de matrim. qu. 4. punct. 8. num. 9. Ratio est, quia etsi consensus conditionatus nihil ponat in rerum natura ex parte obiecti voluit in voluntate tamen ponit affectum illud perpetrandi delictum, præcisâ conditione non auferente.